

Epistola Ioannis III

1:1 senior Gaio carissimo quem ego diligo in ueritate 1:2 carissime de omnibus orationem facio prospere te ingredi et ualere sicut prospere agit anima tua 1:3 gauisus sum ualde uenientibus fratribus et testimonium perhibentibus ueritati tuae sicut tu in ueritate ambulas 1:4 maiorem horum non habeo gratiam quam ut audiam filios meos in ueritate ambulantes 1:5 carissime fideliter facis quicquid operaris in fratres et hoc in peregrinos 1:6 qui testimonium reddiderunt caritati tuae in conspectu ecclesiae quos bene facies deducens digne Deo 1:7 pro nomine enim profecti sunt nihil accipientes a gentibus 1:8 nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus ueritatis 1:9 scripsissem forsitan ecclesiae sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrepes non recipit nos 1:10 propter hoc si uenero commoneam eius opera quae facit uerbis malignis garriens in nos et quasi non ei ista sufficiant nec ipse suscipit fratres et eos qui cupiunt prohibet et de ecclesia eicit 1:11 carissime noli imitari malum sed quod bonum est qui benefacit ex Deo est qui malefacit non uidit Deum 1:12 Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab ipsa ueritate et nos autem testimonium perhibemus et nosti quoniam testimonium nostrum uerum est 1:13 multa habui scribere tibi sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi 1:14 spero autem protinus te uidere et os ad os loquemur 1:15 pax tibi salutant te amici saluta amicos per nomen

1:1 The elder unto the wellbeloved Gaius, whom I love in the truth.

1:2 Beloved, I wish above all things that thou mayest prosper and be in health, even as thy soul prospereth.

1:3 For I rejoiced greatly, when the brethren came and testified of the truth that is in thee, even as thou walkest in the truth.

1:4 I have no greater joy than to hear that my children walk in truth.

1:5 Beloved, thou doest faithfully whatsoever thou doest to the brethren, and to strangers;

1:6 Which have borne witness of thy charity before the church: whom if thou bring forward on their journey after a godly sort, thou shalt do well:

1:7 Because that for his name's sake they went forth, taking nothing of the Gentiles.

1:8 We therefore ought to receive such, that we might be fellowhelpers to the truth.

1:9 I wrote unto the church: but Diotrophes, who loveth to have the preeminence among them, receiveth us not.

1:10 Wherefore, if I come, I will remember his deeds which he doeth, prating against us with malicious words: and not content therewith, neither doth he himself receive the brethren, and forbiddeth them that would, and casteth them out of the church.

1:11 Beloved, follow not that which is evil, but that which is good. He that doeth good is of God: but he that doeth evil hath not seen God.

1:12 Demetrius hath good report of all men, and of the truth itself: yea, and we also bear record; and ye know that our record is true.

1:13 I had many things to write, but I will not with ink and pen write unto thee:

1:14 But I trust I shall shortly see thee, and we shall speak face to face. Peace be to thee. Our friends salute thee. Greet the friends by name.

1:15 Peace be to thee. Our friends salute thee. Greet the friends by name.

Biblia Sacra Vulgata
